



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

Bipartitvs, In Qvo L. Vetera Monvmenta, Nvnqvam Visa, Pavcvlis Exceptis -  
Quorum Catalogum versa pagina indicat

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1604**

35. Alcuini Dialectica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64177)

955

FLACCI  
ALBINI,  
SEV  
ALCVINI  
DIALECTICA,  
ET  
GRAMMATICA,

Nunc primum ex membranis celeber-  
rimi Monasterii S. Galli  
euulgata.

os (o) so

2

dd Ad



## Ad Lectorem.

**E**x monumentis Alcuini, quorum non pauca per  
ris reliquit, nonnulla iam typis excusa sunt; non  
la aut penitus perierunt, aut adhuc bibliothec  
rum vinculis constricta, opem eruditorum expectant  
immeritis illis peditis manicisq; exsoluantur, quod  
dem in luce versari, & per ora doctorum liberè volu  
queant. Et quidem tertio Tomo bibliotheca SS. Petri  
exstant Alcuini *Quæstiones in Genesin*. *Commentaria in Es  
chias*. *Epistola ad Oduinū presbyterum de Baptismi carmine*.  
*Epistola ad Carolum Magnum de ratione Septuaginta, Sesqui  
me & Quinquagesime*. Et eiusdem argumenti altera *Epis  
tola Caroli ad Alcuinum Liber de diuinis officiis*. *Epistola de  
maratione ad Eulaliam*. *Epistola ad Davidem*, hoc est, *Carolus  
Magnum, de discrimine inter aeternum & sempiternum & loco  
de virtutibus & vice ad Guidonem Comitem Liber de s. trinitate*. *Liber in  
fide sanctæ & individua Trinitatis ad Carolum Magnum*.

Præter hæc alibi extant eodem Alcuino auctore  
quentia opera, *Vita S. Willibrordi* apud Surium Tom.  
soluta oratione. (Eadem versibus conscripta afferuntur  
bibliotheca S. Galli) *Vita S. Vedasti* apud Surium Tom.  
*Commentarii in Euangeliū S. Ioannis*, excub Argenti  
tinæ 1527, teste Epitome Gesneriana. *Manuscriptos re  
rare est in bibliotheca S. Galli*, Cod. memb. eleganter  
racketere. *Commentarii in septem Psalmos* prætentales  
& in *Psal. 118*. Parisiis editi, 1547. *Homilia in Euangeliū  
Dominicalia*, quam sanctorum ex variis Doctoribus co  
llecta.

Ie<sup>c</sup>ta. Disputatio cū Carolo Magno de Rhetorica & virtutibus anno 1539. impressa; quæ nuper etiā Parisiis prodidit. hoc titulo. *Alcuini sive Albini de arte Rhetorica Dialogus.* Interlocutorum partibus funguntur Carolus Magnus & Albinus. In cod. m.s. Galli hic titulus præfigitur. *Disputatio de Rhetorica, & de virtutibus, sapientissimi Regis Caroli, & Albini Magistri.* Titulum præcunt isti versus, nescio num à manu Alcuini.

*Quirōgo ciuiles cupiat cognoscere mores,*

*Hac præcepta legat, qua liber iste tenet.*

*Scripterat hac inter euras Rex Carolus aula.*

*Albinus quod simul, hic dedit, ille probat.*

*Vnumopus amborum, dispar si causa duorum,*

*Ille pater mundi, hic habitator inops.*

*Non temnas modico lector pro corpore librum,*

*Corpo promodico mel tibi portat apis.*

Nos etiā tomo primo Antiquar lectionis volumen Epistolarum Alcuini luce donauimus: cui nunc in hoc tomo quinto addidimus insignē ciudē Alcuini epistolā de confessiōe, ipsiusque Dialecticā, vel Logicā; Dialogi forma iti- dē cōscripta; & demū Alcuini Grammaticā, dignā pfecto, quod inter cetera eius opera sedē inueniat. Si enim Grāmati- ca S. Augustini, & venerabilis Bedæ locū habet interli- bros S. Augustini & Bedæ; sed quod Cassiodorus de Grāmatica, de Orthographia, de tropis & schematibus scripsit, merito veneramur & amplectimur, cur par honor non haberetur Grammaticæ Alcuini ob reuerentiam, partim vetustatis, partim tati scriptoris; qui mox S. Augustini, Bedæ & Caf- siodori omnibus omnia factus est; Theologis Theologus, Dialecticis Dialecticus, Musicus Musicus; Rhetor Rhetoribus, Grammaticis Grammaticus, atque adeò puer pueris, ut omnes lucifaceret. Nec dubito, quin Alcuinus ad

dd 2

excm

Ad Lectorem.

exemplum S. Augustini & Bedæ sese conformare voluit; ut sicut illi de omnium liberalium disciplinarum genere præceptio[n]es tradiderunt, ita & ipse nihil litterarum religioso viro dignum intactum relinqueret.

Cæterū præter hæc multa alia scripsisse fertur Alcu[n]us. Trithemius enumerat sequentia: In Cantica Centuria In epistolas S. Pauli lib. 14. In Apocalypsin Iohannis lib. 1. De p[re]dicatione filiorum Dei librum 1. Speculum parvolorum lib. 1. De doctissimis dogmatibus lib. 1. De nominum Dei proprietatis lib. 1. De chiridion in quosdam Psalmos. De artibus liberalibus lib. 1. Quaerulus Dialogum. Longè plura Alcuini opera perco[n]derunt. H[ab]eret Balæus Centuria secunda scriptorum Benigniæ, qui Grammaticam, quam modò publicamus, etat hoc titulo. De octo partibus lib. 1. Audiuimus te d[omi]n[u]s Vtinā exsisteret, qui Alcuini omnia monumenta in hoc erueret; vel saltē illa, quæ iam sunt eruta, vnum in volumen colligeret, collectaq[ue] simul vulgaret; ne temporis succedit, denuò dispergantur, ita vt vix amplius reperiatur, & in me cōduci queant. Caueat autem, quisquis hoc laboris su[us] perit, ne inscriptione deceptus, opulcula quædam motu Alcuino attribuat, quæ ex officina Pseudoalcuini proficiuntur. Et quis ille suppositius Alcuinus? Caluinus, si neficiatur. Is enim exigua litterarum metathesi nomine Alcuini intitulò per summam fraudem & imposturam usurpavit, & etatulis quibusdam suis tallacissimè præscripsit. Sed de præhensa iam dudum est vafra illa vulpecula. Porro Diologo de Dialectica (qui num vñquam vñpiam typis delictus fuerit, explorare non potui) præponuntur in Codice S. Galli isti versus, & quidem cum hac epigraphe.

V E R S U S Albini.

Me lege, qui veterum cupias cognoscere sensus,  
Ne quicunq[ue] capit, sufficit araret.

Nolo mens lector legni sit, nolo superbus.

Deuoti & humilis pectoris antra colo.

Hoc rogo diuinas Sophias non temnatis amator.

Nauita quas pelagi portat ab orbe suo.

Etsi fortasse verius illi referendi sunt ad Rheticane disputationem Alcuini, quæ in codice S. Galli proximè antecedit: Nam sequentes versus, qui ibidem leguntur, ad Dialogum de Rethorica pertinere, luce clarius est, ubi signum p seu p denotat Carolum Regem, L Alcuinum. Alternis enim loquuntur Carolus & Alcuinus.

L O vos esse aras iuuenes, quibus apta legendo.

Dicito, eunt anni more fluentis aqua.

Atque dies dociles vacuū non perdite rebus,

Nec redit vonda fluens, nec redit hora ruens:

Floreat in studiis virentum prima iuuentus,

Fulgeat ut magno lantidis honore senex.

Vt vere, quisq; legas librum, felicibus annis  
Auctorumq; memor dic miserere Deus.

Sinostram lector festucam tollere quaras,  
Robora de proprio lumine tolle prius.

Dicce tuas iuuenis, ut agas facundiacaussas,  
Ut sis defensor, cura, salusq; tuis.

Dicce precor iuuenis motus, moresq; vetustos,  
Laudecur tota ut nomen in orbe tuum.



dd 3

DIA-

**DIALECTICA ALCVINI**  
alogo conscripta.

Interlocutoribus

**KAROLO MAGNO & ALCVINO.**

A. Alcuinum. K.  
Karolum  
Magnum  
denotat,  
  
f. Ecclesia-  
tis.  
  
Via mentionem Philosophia in priore disputationis nocte  
mone fecimus, videtur condignum, Magister, ut aliquando  
tiore indagatione de ea disputare incipiamus. A. Faciamus siquid  
videatur sapientiae condignum. K. Primo omnium die vnde dicitur  
Philosophia. A. Ab amore sapientiae. Grati philos amorem,  
am sapientiam vocant. K. Dic eius quoque definitionem. A. Philo-  
sophia est naturarum inquisitio, rerum humanarum, diuinarum  
cognitio; quantum homini possibile est a sumere. Est quoque Phi-  
losophia honestitas vita, studium bene vivendi, meditatio mortis, con-  
tempus facili, quod magis conuenit Christiani, qui facili amorem  
ne calcata disciplinabilis similitudine futura patria viuant. K. Enim  
materia constat? A. Scientia & opinione. K. Scientia quid est?  
Scientia est, cum res aliqua certa ratione percipitur, ut Eclipse solis  
lunaris corporis obiectu est. K. Opinio quid est? A. Opinio, est  
cum incerta res later, & nulla firma ratione diffiniunt potest, ut magis  
tudo cœli, vel profunditas terræ. K. In quot partes diuiditur Phi-  
losophia? A. In tres. Physicam, Ethicam, Logicam. K. Hec quoque  
latino ore exprome. A. Physica est naturalis. Ethica moralis. Logica  
rationalis. K. Officia singularium specierum ponde. A. In Physica  
gitur causa querendi. In Ethica ordo vivendi. In logica ratio intel-  
ligendi versatur. K. In quot species Physica diuiditur? A. In quatuor.  
Arithmeticam, Geometram, Musicam, Astronomiam. K. In quo  
partes diuiditur Ethica? A. In quatuor quoque. Prudentiam, Justitiam,  
Fortitudinem, Temperantiam. K. Logica in quot species diuiditur?  
A. In duas, in Dialecticam, & Rhetoricam; in his quippe generaliter  
tribus Philosophia, etiam eloquia diuina considunt. K. Quomodo?  
A. Nam aut de natura disputare solent, vt in Genesi, & in Ecclesi-  
sten; aut de moribus, vt in proverbiis, & in omnibus sparsum libricum

de Logica, pro qua nostra Theologica sibi vendicant, ut in cantico  
cantorum, & sancto Euanglio. K. Theologica quid est? A. Theo-  
logica est, quae Latine inspectua dicitur, qua supergressi visibilia, de  
diuinis & celestibus aliquid mente solum contemplamur. Nam in  
has quoque duas partes Philosophia vera dividitur, id est, inspectiuā,  
& actualem. K. Actualis qua est? A. Actualis est, qua in opera-  
tionibus huicvīte mortali necessariis consistit. Per hanc igitur mos ho-  
nestus viuendi appetitur, & instituta ad virtutes tendentia excentur;  
per illam verò Deus amat, spe & fide colitur. K. Quis est qui Phi- f. Philosop-  
lophiam detrahere audeat? A. nullus sapiens. K. Vnde nullus sapi- phie.  
ens. Sed pergamus ad Dialecticā artis inquisitionem, & primum dic.  
quid sit Dialectica. A. Dialectica est disciplina rationalis, quārendi,  
dissinendi, & differendi, etiam & vera à falsis discernendi potens. K.  
Vnde dicta est Dialectica? A. Dicta est Dialectica, quia in ea de dictis  
disputatur, nam lector dictio dicitur. K. quid est inter Dialecticā &  
Rhetoricā? A. Dialectica est & Rhetorica, q̄ in manu hominis pugnus ad-  
strictus, & palma distensa. Illa breui oratione argumēta concludit. Illa  
facundie cōp̄os sermone copioso discurrit. Illa verba contrahit, illa  
diffedit. Dialectica s̄q̄ dē ad inueniendas res acutior. Rhetorica ad inuē-  
tas\* dicēda facundior; illa rātos & studiosos requirit; h̄c frequenter f. dicendā  
procedit in turbas.

## De speciebus Dialecticā.

KAROLVS.

**Q**uot sunt species Dialecticā? A. Quinque principales. \*Isagoge,  
Categoriz, syllogismorū formulæ & dissiniciones, topica, pri-  
erminia.

## De Isagogis.

KAROLVS.

**Q**uæ sunt Isagogae? A. Isagoga quippe latine introductio dicitur.  
K. Quid significat introductio? A. Introductio est, quæ sensum  
nostrum p̄ varias divisiones rerū cōmuniū ad proprietatem cuiuslibet  
rei introducit. K. Quæ sunt partes eius? A. videlicet, genus, species,  
differentia, accidens, p̄prium. K. Genus quid est? A. Genus est propri-  
quod speciebus differt. Et quid sit ea substantia, de qua queris, com-  
muni vocabulo ostendit. Ut animal: Per singulas enim species, id est,  
hominis, equi, bouis, leonis, & ceterorum. Genus est animal, & æqua- one.  
liter

\* Hec erat  
supra scri-  
ta: Intradu-  
ctio, Eſtones,  
Prædicā-  
mēta, Ana-  
lytica pri-  
ma, id est,  
reſolutio-  
ria, Analy-  
tica secun-  
da, Sedes  
subaudiar-  
ia, De In-  
rā. De In-  
terpretati-  
onē.

liter de omnibus prædicatur. K. Quid est species? A. Species est quod de pluribus & differentibus numero, non species, in eo quod sit prædicetur. Nam de Socrate, Platone, & Cicerone equaliter homo prædicatur. Vna species hominum est secundum naturam, si multi secundum numerum. K. Quid est differentia? A. Differentia est, quæ quale sit hoc vel illud animal ostendit. Ut si quaevis qualis sit homo, dicimus, animal rationale & mortale. In his enim duobus, ab omnibus aliis animantibus secernit. In eo quod est rationale, segregatur ab omnibus ratione non ventibus, dum est mortale, in eo ab Angelis differt; Angelorum rationales & immortales sunt; animalia vero & cetera mortalia sunt & non rationales. Homo autem solus ex utrisque constat: hoc habens cum Angelis communem, illud cum ceteris animantibus. O mirum animal, vna pars celeste, & altera terrenum! K. Quid est proprium? A. Proprium est, quando vna quelibet species naturaliter aliquo certo additione designari potest, & ab omni altiarum specierum communitate separari. Ut solius hominis proprietas est, \*risibilis esse. Et sciendum est, quod singulare proprium semper circumuersi posse necesse est. Vixta: quidquid homo est, risibile est. Et, quicquid risibile est, homo est. Et hæc circumuersio necessaria dicitur. Nec ita rationale \*circumpotest. Dicere vero possumus, quidquid homo est, rationale est; nam tamen conuerso ordine recte dicere possumus; Quicquid rationale est, homo est. Quia Angelii rationales sunt, non tam homines sunt. K. Quid est accidentis? A. Accidentis est, quicquid accidit, vel non dividit præter substantiam corruptionem, vt color candidus, vel niger, vel viciacere, esurire vel satiari, & cetera talia. Sunt quoque accidentia, quæ sic accident, vt penitus non recessant, vt proceritas vel breuitas in corpore, & cetera, quæ in singulis quoque membris inseparabiliter aliquotiens accidunt, vt curvitas nasi, latitudo vel angustia oris, locutio oculorum, & qualitas superciliorum, & alia multa. K. Has quoque partes uno quolibet exemplo coniunge. A. Genus est, animal: Est enim vocabulum generale, commune omnium animalium habentium. Species est, vt homo; sua enim quadam specie separari ceteris animantibus. & genus est totum, vt puta, tota viventia animalia dicimus; species quidem pars est, vt homo, pars quadam animalium homo est. Differentia, rationalis mortalitatis; his enim duobus, superiorius diximus, differit homo a ceteris animantibus. Proprium, quia ridere præter hominem nullius naturaliter animalis est. Acciden-

f. risibilem  
esse.

f. circum-  
uersi.

est, ut color in corpore, doctrina in animo; hæc enim temporum varietate & accidentum, & mutantur. K. Quomodo ex his quinque partibus oratio plena sententia coniungi debet? A. Itaq; homo est animal rationale, mortale, risibile, boni, malique; capax; Sic etiam in omni oratione substantiali tam diu interponere debemus species & differentias, quamdiu seclusis omnibus, que idem esse possunt, quod inquiris, & ad id perueniatur, ut proprietas eius substantia certa determinetur, quam diffiniere ceperisti. Hæc enim commentatio sermone de Isagogis Porphyrii dicta sufficiant. Nunc ordo postulat ad Aristoteles categorias nos transfire.

*De Categoris.*

KAROLVS.

**S**equamur ordinem & eius nominis primo pande Etymologiam. A. Categoræ græcè, latinè prædicamenta dicuntur. K. Quid significas, dum dicas prædicamenta? A. Dum de qualibet re loquor, tum de ea prædico, sicut Philosophi voluerunt intelligi. K. Quot modis fit illa prædictio, quam locutionem, ut mihi videtur, nominare possumus? A. Rectè tibi videtur. Duobus modis fit locutio nostra, aut de substantia, aut de accidentibus. K. Vnde dicitur substantia? A. Substantia dicitur, quia subsistit, ut est unaquæque natura, in sua proprietate. K. Quo sunt accidentia? A. Corporalibus naturis VIII. K. Quæ? A. Quantitas, ad aliquid, qualitas, facere, pati, situs, ubi, quando, habere.

*De VIII. Accidentibus.*

**H**IS VIII. iunctis ad substantiam, quam Græci vocant usian, sunt X. Categorie. Et inter hæc X. verba quicquid homo loquitur, ineuitabiliter inuenitur. Sed priusquam de his singulis disputatione incipiamus, omonymorum legem, que categoriarum sunt instrumenta, videamus. K. Fiat, & primum pande interpretationes nominum, de illis tribus speciebus, quas in Grammatica legebamus, id est, omonyma, synonyma, polyonyma. A. Omonyma, equiuoca, synonyma, vniuoca, polyonyma, pluriuocalatinè dici possunt. K. Eorum quoque differentiam audire expecto. A. Ononyma sunt, cum duces commune accipiunt nomen, rei vero interpretatione separantur, ut homo pictus, & homo verus. In his namque unum nomen est,

cc

ratio

4

5.

ratio vero vel interpretatio diuersa. cum enim dixeris, verum  
<sup>m. f. diffar</sup>  
 animal esse, quod mouetur, & cibum capiat, & ratione vigeret, an  
 nihil horum depicto potes dicere; necessario videantur disper-  
 nonyma vero sunt, quae & nomine, & sui interpretatione inveniuntur.  
 Ut animal est, quod cibum caput, spirat, mouetur, & mortale est. In  
 omnia de homine, de equo, & de bove similiter dici possunt. Poly-  
 nonyma sunt, quando nomina multa vnam rem significant, neque  
 differentia vel ratio redditur nominum, cur vnam rem tota nomen  
 significant. Ut ensis, mucro, gladius, his quoque junguntur. Hoc  
 etiam, & quæ nominibus res singulas significantia, sed in his ratio dis-  
 sitatem nominum discernit, velut homo mortal, terrenus. Homo  
 ab humanitate, mortal is à necessitate mortis, terrenus à terra in  
 cuncta dignuntur. K. Ad quam speciem propria nomina pertinet?  
 A. Regulariter scire debemus, omnia propria nomina communio  
 posse, & omonyma vocari; ut Cicero non unus, sed phars, sed his  
 & proprietate quadam discernendi sunt. Quis sitille, & quis alius, &  
 quis tertius Cicero, ut alium crassum dicas, alterum tenuem, vel lo-  
 gus dicatur alius, alter breuis, candido colore quis, alter nigro. No-  
 monyma quo modis sunt? A. Duobus, aut fortuito sunt, auto  
 minum voluntate nascentur. K. Fortuito quomodo? A. Cum  
 quodam casu simile quis alteri accipiat nomen. K. Quomodo re-  
 hundunt? A. Cum similitudo nominis & industria imponentur, &  
 fligitur. K. Si haec partes plus possunt diuidi? A. horum autem que  
 & industria vel voluntate nascentur, quatuor sunt genera. \* Ita, Ce-  
 tanalogiam, apoenos, profena. K. Latina ore haec aperi. A. Indu-  
 litudo, pro parte, ab uno, ad vnum. K. Exempli confirma. Similitudo, ut homo pictus, & verus, sola in similitudine copulantur  
 pro parte, ut quo pacto principium animalis cor dicimus, ita prin-  
 cipium aquæ fontem dicimus. pro parte quadam vtrique ea simili-  
 tudo nominis videtur adiuncta; ab uno, cum dicimus, medicina  
 ferrum, medicinale præceptum, medicinalis scientia, medicinalis vires, ab  
 uno in cuncta descendunt. ad vnum est, ille medicus salubris, illa hu-  
 ba salubris est, ut illa potio salubris est. Hac enim coniuncta vnius est,  
 salutem videntur attingere. K. Quia mihi periculum nominum  
 quietatem dixisti, superest, ut quaestionum rationem exponas. Quia  
 non nisi nominibus & verbis constare posse astimo. Ideo hanc  
 partes principales esse, natura nos docet, nomen namque subtilis

f. adfigitur

οὐκον,  
 κατ' ἄνα-  
 δογίαν,  
 ἀφ' εὐθ.,  
 πρὸς ἔν.  
 τι, aperi.

Etiam ostendit; verbum, quid quisque faciat, quidue patiatur. A. tribus ex fontibus omnes profluunt quæstiones; aut ab his quæ sunt, aut ab his, quæ percipiuntur, aut de his, quæ dicuntur. Una est substantiarum, quia sunt omnes res, quas natura peperit; Altera sensuum, quia sensu percipi non possunt, nisi hæ res, quæ sunt, & quarum im-  
ages animo formamus, & condimus; tertia dictionum. id namque  
quod quis concipit animo, lingua prosequenti demonstrat. ergo quā-  
quam separatum hæc tria nominentur, mixtam tamen de tribus  
disputationem debemus accipere. Nam de p̄ceptis, qui loquitur, &  
originem rerum trahit, & p̄sidia orationis implorat. Sunt igitur illa,  
quaæ aut percipimus, sensibus corporis, aut mente & cogitatione col-  
ligimus; sensibus tenemus, quaæ aut videndo, aut contrectando, aut  
audiendo, aut gustando, aut odorando percipimus, mente cognoscim-  
us tum quodlibet corpus. ut puta hominis vel animalis multis cō-  
stare ex partibus intelligimus, etiam vel crescere, vel senscere, modo  
angicuris, modo seculo pectori conquiescere, sanitatem alias frui, ali-  
as dolores perpeti, peritum ex imperito, ex indocto doctum. K. Forte  
haec sapientes propriis nominibus discernere voluerunt? A. Etiam. nā  
id quod corporali sensu discernitur, vñian, id est, substantiam dici iuf-  
ferunt; illud autem quod animi tractatu solum colligitur, aut sepe mu-  
tatur, symbobicos, id est, accidentis nominari maluerunt, vñian quoque  
ypocimenon, id est, subiacens appellare voluerunt. Illa vero quæ acci-  
dunt, enypocmeno, id est, in subiacenti dixerunt. Necesse est verò acci-  
denta in qualibet esse substantia. ideo illa substantia subiacens di-  
citur; illa vero accidentia, in subiacenti substantia, ut pote disciplina in  
animo, color in corpore, aut de illis. 9. accidentibus quodlibet, quæ  
superius nominauimus. K. Debemus tamen ipsa accidentia, vel in ipsa  
vñia, vel extra vñia dicere esse? A. Alia in ipsa, alia extra. intra vñian sunt  
qualitas, quætitas, & situs. Hæc n. sine ipsa esse nō possunt. Mox enim vt  
hominem vel equum dixeris, aduerti necesse est bipedalem, aut qua-  
drupedalem, album aut nigrum, stantem aut iacentem. Extra vñian  
vero sunt locus, tempus, & habitus. Nā in loco vel tempore esse aliquæ,  
vestiri, vel armari, ab vñia separata sunt. alia sunt communia, id est, intra  
& extra vñian, ut relatio, facere, & pati; Maius verò & minus unum in  
habent, aliud extra le. Item facere & extra, & intra, ut cædere quisque  
dici non potest, nisi alterū cædat, similiter pati, cædi enim vel viri nul-  
lus potest, nisi ab altero patiatur. K. Est ne alia horum accidentiū diffe-  
re. 2. rentia 1474

rentia? A. Est. Ea enim, qua insunt cuique, aut in solo, & in tenui, aut in solo, & non in omni, aut in omni & non in solo, aut ne in omni nec in omni esse necesse est. Et has quatuor species Gracivocantur mocepanti; emmonocepanti, expanti, eumono, cete, monono, vtipanti. K. Ut hæc exemplis planiora facias velim. A si hominem quis definire volens, dicat, risus esse capacem, hoc solo homine est, & in omni, solus namque homo ride, & cunctis in re naturale est. In solo & non in omni, ut si quis definieret hominem capacem disciplinæ dicat esse: hoc in solo quidem homine impotest, non tamen in omni: neque enim omnes disciplinas didicimus aliquas; In omni, & non in solo, ut si quis hominem definiret id esse hominem quod spirat, quod cibum capiat. hoc in omnino dem est homine, non tamen in solo. Nam & pecudes cibum capiunt & feræ spirant. Nec in solo, nec in omni; ut si quis in homini definitione id esse dicat hominem, quod album est, nec in solo, nec in omni est, neque enim aut homo candidus inuenitur, & non bovis equus, aut omnis homo albus est. K. Quæ ex illis species certam in vsia faciunt distinctionem? A. Due, in solo & in omni, aliae quæ in solo, non in omni, ut hominem esse ratabilem, disciplinæ capacem, haec duæ species ad inuestigandum vsian, de qua inquiris, demonstrant. Et duæ aliae certum aliquid significare non possunt.

## De Quantitate.

6.  
K. Decursis igitur breuiter partibus, quibus vsia posse inveniatur, restat nunc sermo de singulis vsiæ accidentibus inquirendis: quantitatem, quam primam posuisti, primum expone. A. Non sine causa illa prima posita est; Nam cum aliquod corpus numerimus, id quantum sit, estimare licebit. K. Quomodo Quantum estimari solet? A. In mensura longitudinis, latitudinis, & altitudinis, quia hæc tria corpus quodlibet habere necesse est. His, singulis, species adiacent; longitudini, ante & retro; latitudini, dextram & sinistrum; altitudini, sursum & deorsum. His enim VI. partibus omnis corpus circumscribitur. K. Quid si aliquis solum longitudinem numeratur? A. Longitudo sola sine latitudine mensuratur, id est, linearis mensura. K. Quid si longitudini, latitudinem, altitudinem quisquis adiecerit? A. Cum emensa erit latitudo cum longitudine, epitania dicitur, id est, superficialis mensura. K. Quid si

duobus altitudinem adiungit? A. Cuncta hæc tria mensuræ sociata solidum corpus perficiunt, cum VI. suis partibus præscriptis, hisque adscribitur secundum positionem longè vel iuxta. Nam aliud quod mihi, à dextris vel sinistris, antè vel retrò iuxta est aliud, quod longè: Verbigratia; Hic paries prope est, & ille vel ille mons longe. K. potest ita de infra & supra intelligi? A. potest. Sed sciendum aliud esse naturale super & subter, aliud verò quod circa nos est. K. quod est naturale, & quod circa nos est? A. naturaliter enim cœlum supra est & terra infra, quod migratione nostra punctari non potest. Nostrum autem super & subter migratione commutatur, vt si quis cum inferioribus fuerit, ad superiora condescendit, aut è superioribus ad inferiora descendat. K. num omnia ad quantitatem pertinentia his VI. partibus includuntur? A. non omnia has circumpositiones habent. Tempus verò, & numerus, & oratio, licet ad quantitatem pertincent, hinc tamen non subiaceant clausis; vnum verò & decem & centum cūra dicimus, ipsum numerum solum dicentes, non aliquid corporaliter numerantes, non repperimus in illis dextrum aliquid vel sinistrum; similiter & in tempore aut sermone; maxime cū hæc citissimè labitur. Nam tempus in stabili motu semper decurrit, in tantum, vt diligentius considerantibus pānē nihil præfens esse videatur. Ita & sermo cū nondum dictus fuerit, non apparet. manifestum est igitur hæc tria positionem diuersarum partium non habere. K. si magis aut minus, quod Cræci molon ceuton dicunt quantitas habere potest? A. non potest. magis bipedale, vel minus dici non potest, nec magis tres aut minus, nominare licet, similiter tempus & oratio magis aut minus non habent, sed omnia quantitatis paria aut imparia nuncupanda sunt. K. Quid si magis longum aut minus dicamus? A. Tunc ad aliquid categoriæ erit, nam magis simile & minus simile solemus dicere, simile verò cuilibet simili simile est.

## De ad aliquid.

**K.** Verum quia mentionem categoriæ ad aliquid fecisti, illius proprietates pande. A. faciā, licet extraordinariè, nam post quantitatem qualitas pōebatur in ordine. Ad aliquid ergo categoriam vocamus, quæ id quod est dicitur ex altero, & sine cuius societate esse non possit, & cuius vis omnis ex alterius coniunctione descendit, vt duplex simpli dicitur duplex, & maius minori dicitur maius. Et simile simili dicitur simile. K. Et hoc claret ad aliquid non sua vi, sed alterius

ee 3

con-

7.

coniunctione consistere. K. sed si alio modo possit diffiniri propositum ergo & verè & propriè ad aliquid dicitur. Cum sub uno uniusque occasu, & id quod iungitur, & id cui iungitur, inveniatur, unus seruus & dominus utrumque vel simul est, vel simul non est. Etiam cum dominus dixeris, necessariò existet & seruus, cum verbō de numeris tuleris, nec seruus appetat; similiter duplum & simplum numerorum se vel interimunt vel ostendunt. Apparente enim duplicitate simplum, duplum pericente nec semplum poterit permanere similiterque si simplum non sit, nec duplum est. At si simplum sit, & duplum necessariò apparabit. K. quo numero, vel qualitatebus hæ coniunctiones nominum solent esse? A. la plus simplici numero, ut simplum dupli, pater filii, sed & alia huiusmodi genitivi, alia dativo, pleraque ablativo copulari solent. Genitivus dem, ut seruus domini, duplum simpli, dativo, simile simili, pars ablativo verò sensibile sensu sensibile. K. si huic categoria aliena conuersio accidere potest? A. Etiam; nam utrumque rationabile dici potest. Et seruus domini, & dominus seruus, & simplum dupli, & duplum simpli; Et sciendum est, quod semper relativa, vel similitudine, vel simul extingui oportet. Ut subtracto seruo dominus non de remoto domino, nec seruus appetat. Ita de patre & filio; atque secundum hanc categorię regulam, miranda est Arria, vel magnificanda, & eius quoque sociorum stulta cœcitas; Afferentes filium secundum tempus patri esse posteriorem; dum omnino confutatur Dialecticam, simul conscipiternum esse filium cum patre. Si Deus pater, quod nec illorum impietas audebat negare, atmen est, utique & filius æternus est, secundum Dialecticę rationabilem cessitatem.

## De qualitate.

**K** Nunc qualitatis rationem expone, & primum dic, quid sit inter qualitatem & quale. A. qualitatem namque dicimus, cedinet, austritatem, albedinem, nigredinem; quale vero intelligitur, quoties albus aliquid dicimus, dulce vel austero. K. videtur enim qualitatem magnam habere communionem cum ceteris categoriis. A. incurrit namque in ceteras omnes, & id est difficulter utputa in via invenitur, cum dicimus, homo Grammaticus, in quanto, alba vel nigra epifania: In ad aliquid, prudens pater, optimus filius, in facie, dure saltat. In pati, fert fortiter vulnus; In loco ge-

scutus locus; in tempore, calidus mensis aut frigidus; in facere, pronus; aut supinus iacet. In habere, decenter armatur. K. quot habet hæc categoriæ species? A. quatuor, quas Aristoteles genera vocat. Primum genus est habitus & affectio, secundum potentia naturalis, tertium, passiuæ qualitates sive passiones. Quartum formæ ac figuræ. K. habitus vel affectio quid est? A. Habitus est, quod animus longè habet tempore, ut virtus & disciplina. Affectio est mutabilis mentis impulsio, ut repentina cupiditas vel iracundia. K. quid est inter virtutem & disciplinam? A. hoc profecto, quod disciplina in ea parte animæ, qua rationabilis dicitur, tantummodo versatur. Virtus vero, omnes animæ partes amplectitur, omnemque animam suo imperio gubernat, & regit. Ut & iracundiam domet, & cupiditates amoucat. Quod disciplina haud facere valet. K. quot sunt partes animæ? A. tres, rationabilis, irascibilis, concupiscibilis. Sed hac alias, nunc exceptum iter pergamus. videtur vel posse vel non posse. K. potentia naturalis quid est? A. quoties quis videtur vel posse, vel non posse se aliquid facere per naturam; ut verbi gratia, viuis corporibus puerorum, dicamus eos in futuro vel curviores vel pugillatores fore. Non quod adhuc hac arte teneantur, sed videntur per naturalem potentiam eam posse habere, similiter de salute & infirmitate ex corporis qualitate sibi solent Medici praedicere. K. passiuæ qualitates vel passiones que sunt? A. passiuæ autem qualitates sunt, aut albedo, aut nigredo, & eorum media, rubor & pallor; hæc enim non nisi vel animæ vel corporis passione nascuntur. Ut enim nigrescat aliquid corporis passio est: ut pallescatur, vel rubescatur, animæ. Quæ cum turpitudinis verecundiam ferre nequievit, quasi ad defensionem sui copiam sanguinis in exteriores partes corporis fundit; Eoq; sit, ut pudore nimio rubescamus; pallor quoque simili animæ passione consistit. Cum perculsa metu nimio ad cordis vltiora confluit, eam sanguis insequitur, ut desertum sanguine, quod est in cōspectu corpus albescat. hæc igitur qualitates, si diu perseverant, passiuæ qualitates dicendas sunt; si vero ad breve tempus extiterint, ita ut citè discedant, passiones eas potius nominamus. K. nunc quartam edificare speciem, & primo quid sit inter formas & figuræ explana. A. Figurae in animalibus tribuuntur, ut puta trigonus, vel tetragonius; formæ autem animalibus, in quibus formosos aliquos, vel deformes afferimur. In eodē quoq; qualitatib; genere curvitas & rectitudo,

aspe-

asperitas & lenitudo, raritas, & densitas inveniuntur. K. Si quidem contrariatem recipit? A. quadam recipit, & quadam non recipit. Quis enim dubitat, saluo contrarium esse languorem? Inflata constitutam? malo bouū? Econtra verò fusco vel pallido, triangulo vel tragoно contrarium nihil est. K. si magis aut minus recipit A. recipit omnino, sed non omnis, nam magis album, vel magis nigra, cere possumus, sed magis trigonum, vel magis tragonum dicendum est. K. si enim hæc quatuor predictæ categoriæ proprium aliquem per se singula habeant, velim exponas. A. Habent. nam Vlgo. primum est, ut sit singularis, atque vna numero, & contraria in se habent; vtputa homo singularis visio est atque viius numeri, & subtilis contrarietatis. Itaque modò sanitatem, modò aegritudinem discere potest; quantitatè verò proprium est, ut eius omnia pariter imparia dicantur; ut ille homo illi homini par vel impar est magnitudine. Ad aliquid verò proprietatem habet, ut in le conuentu sicuti est seruus domini, & dominus serui. Qualitas verò singularis est, ut cuncta eius secundum qualitatem similia aut dissimilares inveniatur. Ut dulce enim dulci, albo album, calido calidum, aut fundat dissimile nuncupari solet.

9.

## Defacere &amp; pati.

**K.** Supereft. ut facere & pati, in quibus maximè verborum ratio constat, quia pariter esse necesse est, pariter respondeas. De hac duo ex qualitatis fonte videntur descendere. Id namque quod calidum facit calidum sit, necesse est. Calidum verò quod est cognoscimus? similiter quod calidum sit, à passione qualitatis actione calor, & qui docet cum docet doctor est & discipulum facit; Virum quemdam siue doctor siue discipulus, qualis est, & cetera his similes. K. nunquam in his categoriis contraria inveniuntur? A. Solent enim generes similia, contraria qualitate; etenim calidum quod frigido praefat, calorem sui, sub eodem genere est. Similiter quod dulce est, dulcior facit, nisi id quod dulce non fuerit. Nam si id, quod patitur, dulcior sit per naturam sui, alterius dulcedinem, quam recipiat, non habet. Necesse est ergo dulce non esse id quod patitur, ut dulcedinem recipiat alienam. Et contraria sunt in qualitate, dulce & amarum. K. quid est quod dixisti genere esse similia? A. ignis non potest à melle accipere dulcedinem; Aqua verò potest; quia quandam similitudinem habet in genere. K. An magis aut minus admittunt? A. Etiam; possunt enim

enim dicere, magis vel minus docet Magister, & magis vel minus do-  
ctus est discipulus.

## De iacere.

10.

**K** Quid de iacere habemus intelligere? A. quid aliud nisi situm  
& positionem corporis? si iacer, stet, vel sedeat, quislibet, ne-  
cessitatem, omne corpus quod in partibus, ut prædictum, includitur,  
in qualibet loco, & qualibet modo in loco esse. Ut aut per longi-  
tudinem extendatur, aut per latitudinem diffundatur, aut per altitu-  
dinem erigatur. Et hæc omnia ad situm pertinent corporis; situs vero  
ipse localis esse necesse est.

## De rbi &amp; quando.

11.

**K** Quid habes de vbi, & quando dicere? A. quid aliud nisi quod  
vbi in loco & quando in tempore significant; nam omne cor-  
pus, necesse est locum aliquem in qualibet tempore occupare. Ut Ro-  
man in senatu fui ante horam tertiam, post Martium mensem; Hæc  
in loco & tempore esse debent, non locus & tempus.

## De habere.

12.

**K** Restat ut de habere incipias dicere, & quot modis habere di-  
camur aliquid. A. octo habendi sunt species; prima est, quoties  
animo aliquid habemus, ut iustitiam, disciplinas, virtutes, vel vitia. Se-  
unda, quoties in corpore habere aliquid dicimus, ut albedinem, ni-  
gredinem, varietatem, vel cetera, quæ per qualitatem corpori insidunt.  
Tertia de quantitate descendit, quoties quatuor vel quinque pedum  
habere dicimus longitudinem. Quarta cum non in toto corpore, sed  
in parte corporis aliquid habere firmamur, ut digito anulum, in pede  
calceos vel coturnos. Quinta species est, cum non in corpore sed circa  
corpus habere aliquid dicimus, ut vestis, atque indumenta omnia. Se-  
xta, quoties ipsas corporis partes habere narramur, ut manus, pedes,  
caput, aut reliqua, quæ sunt in compage membrorum. Septimus vero  
locus est, quoties far vel vinum vas aliquod habere dicitur. Octauus  
habendi gradus est, qui possessionem nostram vel dominium videtur  
ostendere, cum ædes, vel rus quis habere dicitur. K. Nunquid non  
licet nobis dicere mulierem habere maritum, vel, vir vxorem habet,  
pater filium, vel filius genitorem? A. sanè ita dici Doctores respuunt,  
atq; impropriè conferre confirmant. Propterea quod afferunt, non

ff

haberi

haberi posse, quod habeat habentem, sed rectius dici videntur; mulieri virum, vel vxorem viro esse, patrem filio esse, famulus domum esse, siquidem verbi huius vim in hoc esse contendunt, ut significare non possit, & habere aliquem & haberi. K. Ex his omnibus decem prædicamentis vnam mihi coniuge orationem. A. plurimum oratio de his ita coniungi potest. Augustinus, magnus sacerdos f. infus-  
latu*r.*

*f. infus-*  
*latu*r.**

Filius illius, stans, in templo, hodie \* in foliatur, disputando, Augustinus, vsia est, magnus, quantitas, orator, qualitas, Filius ad aliquid, stans, situs; in templo, locus; hodie, tempus, in foliatur, bitus; disputando, agere, fatigatur, pati. K. & est prima via huius accidentibus subiacens? A. nam neccesse est magnitudinem vel latitatem in quolibet corpore inueniri. Et patrem & filium inter se as vrias versari. Similiter & in loco & in tempore esse, cunctilibus corporis est, vestiri verò, & stare, & aliquid agere, vel pati, quis non potest, in qualibet corpore esse consideranda? & hac accidentia in qualibet subiecta substantia inuenientur.

13.

*De contrariis oppositis.*

**K** Arolus. Dum saepius in nostra disputatione de contrariis duxisti, contrariorum vel oppositorum velim rationem expinas. A. contrariorum verò genera quatuor sunt, que Anticimena, id est, opposita vocat. Primum genus est, quod genus in tres divisiones sum vocatur, ut sapientia, stultitia, quod genus in tres divisiones. Nam sunt quædam ex eis quæ medium habent, ut candicans nigrum medium habent colorem pallidum vel fulvum. Suneguntur quæ sine medio sunt, ut falsus, agitudo; horum nihil estimatur, quia necesse est unum è duobus inesse corpori. Et sunt quædama quæ medium habent, sed sine nomine est medietas eorum, ut huic oppositorum negatione formetur nomen, ut iustum & iniustum habent quiddam medium, ut est spuma screare, aurea pupula, quæ vocabulum non habent, nisi dicamus, nec iustum nec iniustum. Secundum genus contrarietas est relativorum, qualiter opponuntur, ut ad se conferantur, sicut duplum & simpliciter, magis & minus; & hoc solum genus oppositorum conferantur. Tertium genus est, quæ per habitum vel priuationem sunt; in his autem quæ obseruari oportet, ut sint utraque in eodem negotio, in eodem loco, in oportuno tempore; In eodem negotio sunt certi & visus; in videndo enim & non videndo confidunt, Hoc dicitur

HOC SITIUS  
SITIUS  
27

codem loco sunt; utique namque cœscitati & visioni in oculis locus; in tempore congruo, vt calum non dicere, nisi eo tempore, quo capillos habere debuerat, non habeat; capillos vero habere, vel non habere, sibi oppositum est. Quartum vero genus contrarietatis, ex affirmatione & negatione ut Homerus disputat, Homerus non disputat. Macharius currit, Macharius non currit. Quod genus apud Dialeticos omnes quæstiones, pñne generare solet. K. si aliquando mala malis opponuntur? A. etiam secundum Philosophos, qui virtutes semper medias esse dixerunt; & ex utraque parte habere vitia. Et hoc ecor Apostolum significasse, dum dicit: Via Regia nobis gradiendum, neque ad dextram, neque ad sinistram declinandum, vt plus iustum & minus iustum. K. quomodo plus iustum? A. plus iustum est seueritas, minus iusto adiatio. Inter quæ duo mala medianam iustitiam locauerunt. Similiter inter veritatem, hebetudinemque prudentiam posuerunt. Inter libidinem insensibilitatemque, temperantia constituta est; inter timiditatem & audaciam fortitudo regnat. K. quot modis prius dicimus? A. quinque modis, aliud altero prius dicitur. Primus est, cum aliquem dicimus tempore priorem, id est, senioreni. Secundus modus est numero, dum dicimus, vnum esse prius quam duo, quia duo ex uno nascuntur, non vnum ex duobus; & uno pereunte, duo esse non possunt; duobus autem perentibus, vnum tamè permanet. Tertius modus est ordinis, vt in disciplinis, prius est singularium discrete formas, & nomina litterarum, dehinc syllabarum coniunctiones cognoscere, tunc verborum sumere notitiam. Postremus nobis est rationis usus adsumendus, ppter quem cuncta quasi præcurrentia membra, prius dicimus. Quartus modus est, dum feliciores vel meliores priores vulgus adsolet dicere. Quintum genus est, quando illud prius est, qd ex se alterum facit, vt exempli gratia, si homo est, recte cum dicimus animal rationale, mortale, risus capax; sed hoc genus prioris in se conuersti potest. K. quomodo? A. nam quidquid homo est, animal est, mortale, rationale, risus capax. Item quidquid animal est, mortale, rationale, risus, capax, hominem esse necesse est. Sed tamen hominem necesse est prius esse; & sic tandem ista definitio vel conuersio vera esse poterit. K. Modos quoque, quibus aliquid simul esse dicamus, voluisse audire. A. tribus modis aliquid simul esse dicimus, aut tempore, aut natura, aut genere. K. da exempla. A. tempore, ut quos homines uno tempore simul esse dicimus, verbi gratia, Albinus

ff. 2

&amp; Ho-

& Homerus. Natura, vt simplus & duplum. Genere, v animali, species discernuntur. Aliud pedestre, aliud volatile, aliud aquatile, aliibus omnibus æ qualiter animal genus est. K. quo modis fit differentia? A. materia, aut opere, aut utroque. K. pone exemplum. A. terra, si sunt anuli similes duo; unus aureus, alter argenteus; opera auro dissimiles nuli fabricentur; utroque, vt si annulus sit aureus, lus argenteus.

14.

## De argumentis.

K A R O L V S.

**A**rgumentorum rationem diceratq; voluisse vt esset mihi. Et primum, vt dicas, quid sit argumentum flagitio. Argumentum est rei dubia affirmatio. Et constat ex<sup>\*</sup> annunciatione. K. Annunciatio quid est? A. oratio verum \* vt falsum significans nominatiuo casu, cum, est, & non est. Vt homo est, homo non est. K. quid in aliis casibus? A. nihil verum significat, addito est, non nisi addantur aliae partes, vt hominis est, vt mortalis sit & rationalis vel non est. Item homini est risus proprietas accidentis. Ita & in aliis casibus. K. scio, cum dico; Homo est, vel, homononis, vere esse vel falsum; sed cum dico, Homo vel non homo, Homo non nomen est, sed quid sit non homo, velim vt dicas. A. homo, non men est, vt dicis; non homo, infinitum nomen est; hominem non negas, nec tamen quid sit, ostendis. K. Argumentorum rationes proquirere, & quo modo proponantur, ediscere. A. Aliæ igitur propositiones argumentorum vniuersales, aliæ particulares, aliæ singulares, aliæ indistinctæ. K. Harum singularum exempla profer. A. Vniversales sunt, vt omnis homo iustus est, vel omnis homo iniustus. Particulares, vt quidam homo iustus est, quidam homo iniustus. Singulares, vt Homerus iustus est, vel Homerus iniustus. Indistinctæ, vt homo iustus est, vel homo iniustus est. K. quomodo hæ appellatur propositiones argumentorum? A. hæ enim sunt simplices & appellantur categoricæ, id est, prædicativa. K. unde dicuntur prædictive? A. quia homo substantia est; iustitia accidentis, & prædicativa hominem. K. quid est inter hominem & iustum? nonne sunt duo termini? A. sunt enim duo nomina, & duo termini, & terminus minor de termino minori prædicatur. K. quomodo? A. iustitia enim de termino predicitur, & homo est minor terminus. Nō in de solo homine, de Deo & Angelis iustitia prædicatur; & ideo maior terminus sufficit.

HOMINIS  
SIV  
27

est, quām homo, quia latius patet, & homo subiectus est iustitiae, & minor terminus subiectus dicitur, maior quām latius vadit prædicatus terminus dicitur. K. Mirum mihi est, quomodo accidentis maior sit, quām substantia. A. Quid enim candela vellux, quæ de candela evicit, maior, vel melior? K. Vtq; lux. A. Nonne lux accidentis est candela, & candela substantia est? K. Est, & agnolco in eo accidentis posse esse substantię melius vel maius. Sed prosequere cetera. A. Sunt enim alia propositiones argumentorum hypotheticæ, id est, conditionales. K. Quomodo conditionales? A. Quibus conditio aliqua supponitur. Et sunt duplices hoc modo, vt: omnis homo, si bonus est, iustus est, ita tandem iustus est homo, si bonitatem habet. Item: celum, si rotundum est, volubile est; ita tandem volubile est, si rotundum est. K. An necesse est, vt priora repeatam, unum terminum maiorem esse, alterum minorem? A. Non. quia sèpe accidit, æquales esse terminos, vt homo risibilis est. Nam alia natura, risibilis non est, nisi homo, nec latius, risibilis, vadit, nisi ad hominem solum. K. Quomodo discerni possunt, qui sunt æquales vel inæquales. A. quod æquales æqualiter circumuerteri possunt. Hoc modo: quicquid homo est, risibile est, & quicquid risibile est, homo est. Nec sic inæquales circumuerteri possunt, vt quicquid homo sit, iustum sit, vel quicquid iustum sit, homo sit. K. Quomodo quælibet res his argumentis confirmari potest, aut destrui? A. Hoc modo, si omni hominirecte loqui bonum est, tum Grammatica bona est. Nulli dubium est, quin recte loqui bonum est. vtq; Grammatica bona est; quia rectiloquium sine Grammatica esse non potest. Item: Si rusticitas mala est, vtq; Grammaticam non legerem malum, quia omnis homo absque Grammatica rusticus est. Item: si omnis sapientia bona est, vtq; Philosophia bona est, quia philosophia summa sapientia est, & hi sunt syllogismi conditionales. K. Et qui sunt prædicatiui? A. Qui simpliciter vadunt, hoc modo. Ut omne iustum honestum, omne honestum bonum, omnē igitur iustum bonum. Hęc vniuersaliter confirmatiua dicuntur, quia vniuersaliter concludit, omnē iustum bonum esse. Item omne iustum honestum, nullum honestum turpe, nullum igitur iustum turpe; hic enim ex vniuersali adfirmatione transit ad vniuersalem negationem, & conformat: Nullum iustum esse turpe. Item, quoddam iustum honestum. Omne honestum utile, quoddam igitur iustum utile. Hic particulariter adfirmat, quoddam iustum utile esse. Item, quoddam iustum honestum, nullum honestum turpe, quoddam igitur iustum non est turpe.

turpe. Hic quoq; particulariter per negationem adfirmat, quodam iustum non esse turpe, horum enim syllogismorum multe finis posse, sed haec ad præsens sufficiant, ad cognoscendum uniuersales & particulares conclusiones in adfirmando & negando. K. Qualiter syllogismus confici debet? A. Ex tribus sepiissime membris. Ita ut ex duabus primis propositionibus tertia conficiatur conclusio, vt si querimus castitas utilis sit, dicamus, Omnis virtus utilis est, Castitas autem virtus est, Castitas igitur utilis est. Ex utilitate igitur & virtute quedam tertium colligitur, & necessariò concludatur, vt Castitas utilis sit.

## De modo diffinitionum.

KAROLVS.

15. f. enuclees

**M**odo enim velim, vt diffinitionum modos & divisiones tradas mihi, & primum dico, quid sit diffinatio. A. Diffinatio est ratio brevis & lucida eius rei, de qua queritur, naturam ab aliis rationibus propria significatio ne concludens. K. Quomodo haec in parte debet diffiniri? A. Primum enim hanc per immensum tendit operat, incipientem à genere, dehinc paulatim currendo per partes, nunc ad id, in quo solum est id, quod diffinitum est; vnde quia ipsa formant, primò immensum sibi deligunt lapidem, dehinc partim minuendo, & abscindendo superflua ad formandas vestes, & membra perueniunt. Sic diffinatio à genere incipiens, deinde paulatim generalitate verborum, ad proprium demonstranda invenire tendit accedere. K. Da exemplum. A. Homo est substantia animata, rationalis, mortalis, risus capax. à latitudine substantie primo haec incipit diffinatio; Quia quicquid naturarum est, substantia est potest, deinde dicit hominem substantiam animatum. In eo quod dicit animata, separnit eum ab his, que animam, id est, vitam non habent. In eo, quod dicit rationalis, segregat eum ab omnibus ratione non habentibus. In eo, quod dicit mortalis, dividit eum ab Angelis, qui non moriuntur. Et sic peruenit ad proprietatem hominis, id est capax, quod solius est hominis.

## De specie diffinitionum.

KAROLVS.

16.

**Q**uot species sunt diffinitionum? A. quindecim. sed alii ex his ad Dialecticos pertinent, alii ad Rhetores. K. Illas maxime videlicet

Audire, quæ magis ad Dialecticos pertincent. A. Est enim principalis diffinitio, quæ substantiam cuiuslibet naturæ propriæ demonstrat. Quia maximè Philosophi vtuntur. Ut, homo est animal rationale, mortale, sensus, disciplinæq; capax. Hæc enim diffinitio per species & differentias descendens venit ad ppriū, & designat plenissimè qd sit homo. Item est species diffinitionis, quæ à notitia dicitur, & rem aliquam per actum significat; non per substantiam: vt homo est quid rationale conceptione, & excitatione naturali, præst animalibus cunctis. Hic enim actum hominis significat, non substantiam. Item in Psalmis Beatus vir qui in lege Domini meditabitur die ac nocte: Hic enim per actum significatur quid agat beatus vir. Item est species diffinitionis, quæ qualitatua dicitur, quæ quamlibet personam per qualitatem designat. Ut si queratur qualis sit homo, respondetur: Homo est, qui ingenio valet, artibus pollet, inter bonum malumque discernit. Item in Psalmis Propheta ostendit, qualis sit Christus dicendo: speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis. Item, diffinitio est per differentiam. Ut si queratur, quid inter Regem & Tyrannum sit, adiecta differentia, quid uterque sit, diffinitur hoc modo: Rex est pius & modestus; Tyrannus vero impius & immitis. Et in Psalmo: Mutnatur peccator, & non soluit: fustus autem miseretur, & tribuit. Item sit diffinitio quedam per priuantiam. Ut si queratur, quid sit substantia, dicatur: Substantia est, quod neque qualitas est, neque quantitas, neque aliquid accidens. Hoc enim genere diffinitionis & Deus utcunq; intelligi potest. Dum enim quid sit Deus, nullo modo comprehendere valeamus, id est, naturam eius, vt est, nullus effari potest, sed ex eo quod non est, secundum Philosophos definiendus est. Ut si dicamus, Deus neque corpus est, neq; animal, neque vnum elementum, neq; sensus noster, neq; intellectus, neq; aliquid, quod ex his capi possit. Item quedam diffinitio est p indigentia plenæ, in codem genere. Ut si queratur quid sit quadrans, respondetur cui dodrans deest, vt sit assis. Item quedam diffinitio est per laudem, vt dux est animus, & disciplina ciuitatis, & in Psalmo, Lex Domini in reprehensibili, conuertens animas testimonium Domini fidele, sapientiam praeflans parvulis. Item quedam diffinitio est quasi iuxta rationem, id est, cum maioris rei nomine minor res ostenditur. vt homo est minor mundus. Et edictum est lex annua. K. Cui enim parti Dialectice artis hæ diffinitiones maximè iungenda sunt A. Topicis. K. quæ sunt topica? A. Argumentorum sedes, fontes sensuum.

um.

um, origines dictiorum. K. In quo species dividuntur topicorum argumentationes? A. Topicorum, id est, loculum argumentationis plex est, quia sunt argumenta, aut in ipso negotio, de quo agit, aut ex rebus aliis tracta nascuntur, aut certe extrinsecus adiunguntur. Primam expone speciem. A. Tribus modis ab ipso negotio secundum Dialecticos sumuntur argumenta. A toto, à partibus, à fine. K. Exemplis confirma. A. Totum duobus modis dici solet, aut genera, vt si queratur, an iustitia utilis sit, fiat huiusmodi syllogismus. Quo virtus utilis est. Iustitia autem virtus, ergo iustitia utilis est. Hic autem à toto, id est, à generi, virtute scilicet, quæ iustitia genus est, comparatur, iustitiam utilem esse. Item totum est, quod ex multis partibus integrum constat, vt mundi integritas ex multis conficiunt pars cuius quædam pars homines sunt. At si queratur, si humanitas res de uita prouidentia regantur, fiat huiusmodi syllogismus: Si mundo Dei prouidentia regitur, homines autem pars mundi sunt, humanitas regitur res diuina prouidentia reguntur. hic necesse est intelligi, id pars congruere, quod toto evenit. Item à partibus argumenta dicuntur. Ut quæstio sit an sit utilis medicina, dicatur. si depelli morbos, tibi tempus seruari, mederi; vulneribus utile est. Quæ sunt parts Medicinae. Utilis est igitur Medicina. Item à fine, quem quidam notant, dicunt, sit argumentum. Ut si queratur, an iustitia bona sit, fiat syllogismus talis. si beatum esse bonum est, & iustitia bona est, hic est causa iustitiae finis, vt qui secundum iustitiam vivat, ad beatitudinem perveniat. Et necesse est eam rem bonam esse, cuius finis bonus est. Illa argumenta, quæ aliounde attrahuntur quo species habent? A. Tunc decem, alia à coniugatis sunt, alia à genere, alia à specie, alia à similitudine, alia à differentia, alia à contraria, alia à consequente, alia ab antecedentibus, alia ab adiunctis, alia à repugnantibus, alia à causis, alia ab effectis, alia à comparatione. K. Hoc quoque exemplis lucis aperi, A. Faciam.

### *¶ Coniugatis.*

17. **P**rimum à coniugatis dicitur argumentum hoc modo: Comes coniugatione, id est, derivatione nostra vel verbi fiat conjectura, vt si scriptus, scriptor est. si compaetus ager est, ius est compatrius. Compatrius enim, & compascere, inter se iuncta sunt, & Terentius homo sum, humani à me nihil alienum astimo. Et Cicero Verbi discuerisse prouinciam,

*A Genere.*

**A** Genere argumentum est, quando à re generali ad speciem aliquam descenditur. Ut mulierum genus auarum est. Nam Euripila auro vitam viri vendidit, & item, si libidinosus & adulter, si auarus & fur.

*C Specie.*

**A** Specie. Ut cum probare crudelem volumus, quædam ab eo crudeliter facta doceamus. Item illud Virgilii: An non sic Phrygius penetrat lacedæmona pastor, Ledeamq; Helenam Troianas vexit ad urbes? Nā Phrygius pastor species est. Et si istud ille unus fecit, & illi hoc Troiani generaliter facere possunt. Species enim semper subest generi, ut homo subest animali, ac ideo genus totum dicitur, species pars. ut cupiditas genus est omnium libidinum, pars etiam quædam cupiditatis, id est, species auaritiae.

*C Similitudine.*

**A** Similitudine argumentum est, quando rebus aliquibus similia proferuntur, ut ex eo, quod certum circa rem similem acciderit, id quoq; quod dubium est, & in questionem venit, comprobetur. Inspicitur sepe similitudo in contrariis, ut si his, qui imprudentes laferunt, ignosci conuenit, his qui necessario profuerint gratiam habere non oportet. Hic contraria sunt, prodesse & nocere, similitudo autem animorum est, quod neq; illi volunt obesse, neque hic prodesse. Fit & per paria, cum non ex contrariis rebus, sed ex simillimiis per naturam probabile colligimus argumentum. Nam ut locus in mari sine portu nauibus intutus est, sic animus, qui sine fide est, amicis non potest esse portuofus. Fit & in his rebus, quæ sub eadem ratione cadunt, dum ex unius rei ratione, alterius quoq; ratio comprobatur. Ut puta, qui filium vendidit, iniquam rem fecerit. Et quæ emit, iniquæ fecerit.

*C Differentia.*

**A** Differentia fit argumentum, quando per differentiam aliquæ res separantur. Ut Virgilius: Non Diomedis equos, non currum cernis Achillis. Fit quoque differentia, cum in eodem genere species ab alia specie secerintur, ut Marcus Tullius: Qualis in urbana prouincia fuerit Verres, talem in prouinciali esse.

22.

## ¶ Contrariis.

**A** Contrariis sumitur argumentum, quando res sibi met dilanguntur, ut opposuntur, vt Virgilius: O genitrix quo fata vocas, ut nos petis istis? Mortali ne manu facte immortale carinas habent, et usque in certa pericula iustret. Aenca louis. Ad Berenym fertur dixisse. Et si desertor appellandus est, qui hostem vitat adgit, is certe, qui non vitavit, nec fugit, sed ultra adpetit, dilangit, nullo modo dici potest. Et si honestum est aliquid, turpe non est. Etsi iure factum est aliquid, non potest pro iniuria vindicari.

## ¶ Consequente.

23.

**A** Consequente, quando positam rem aliquid inenabilitatem sequitur. Ut Virgilius: Non nos aut ferro Lybicos populos penates venimus, aut raptas ad littora vertere pradas. Non ea summis. Et reliqua & vt mulier peperit, cum viro concubuit, peperitur. consequens sit necesse est, quia concubuit cum viro.

## ¶ Antecedentibus.

24.

**A** B Antecedentibus argumentum est, quando ex his, quae sunt gesta sunt, consequentia approbantur. Ut Marcus Tullius pro Milone: Cumque ante diem tertium praedixerit Clodius, Millem peritum, cum ille non dubitauerit aperire, quid effectum vos potestis dubitare quid fecerit? praecepsit enim praedicatione, & hoc tum est factum. & reliqua.

## ¶ Adiunctis.

25.

**A** B Adiunctis argumenti fides sumitur, cum probabilitate esset, quid sit ex re, quaque venturum, vt Virgilius: Ne pellant, nihil ab fore credant, quin omnem Hesperiam sua fabri aperiunt. Omnis enim res habet aliquid praecedens, aliquid simile, aliquid subsequens; & ideo ex his omnibus argumenta colligimus, adiunctis etiam, vt Cicero voluit, maximè queritur, quid ante rem, quid post rem euenerit. Qui locus magis ad coniunctionem pertinet. Ante rem apparatus, colloquia. In re, strepitus, pedum, postremo pallor, rubor, & si qua sunt similia. Locum ad antecedentibus, & consequentibus; & repugnantibus eo differt adiunctis sive adiunctis. Coniuncta non semper eueniunt, consequentes.

ta vero semper. Ea igitur sunt consequentia, quæ rem necessariò consequuntur; ut si dies est, luet. Item antecedentia & repugnantia. Quicquid enim consequitur quamque rem, id cohæret cum re necessariò. Et quicquid repugnat, eiusmodi est, ut cohærente nunquam possit.

*A Repugnantibus.*

**A** Repugnantibus argumentū est, quando illud quod obicitur reo, & aliqua contrarietate destruitur. Ut Cicero dicit. Is igitur non modo à te periculo liberatus, sed etiā amplissimo honore ditatus arguitur domi suæ te interficere voluisse. Item si qua die cœdes ista Roma facias est, ego Athenis fui, in cœde interesse non potui.

*A Causis.*

**A** Causis argumentum ducitur, quād ex consuetudine communi res qua tractatur, fieri potuisse conuincitur, ut Terentius: Ego non nihil veritus sum dudum abste eauere, ne faceres, quod vulgus seruorum sollicitat, dolis ut me deluderes. Fit quoq; hoc modo à causa argumentum, dum causam adulterii libidinem esse dicimus; siue particidū avaritiam; sed & tum latius disputandum est de vi causæ, id est, avaritia, siue libidinis. Quatenus si causa turpis videatur, res quoq; inhonesta videatur, ut qui lucri causa faciendi venit in templum, sacrificagus est. Non enim res maleficium facit, sed causa faciendi. Nec ex iu, sed conatu mala facta existimantur.

*A Effectis.*

**A** Effectis argumentum est, cum ex his, quæ facta sunt, aliquid adprobatur. ut Virgilius. Degeneres animos timor ostendit. nam timor est causa, ut degener sit animus, quod timoris est effectuum. Efficientia sunt, quæ vel vi sua aliquid conficiunt, ut ignis incendium, vel sine quibus effici non potest aliqua res; ut naues sine trabibus. Efficientia alia sunt necessaria, alia non. Huic loco efficientium causarum iunctus locus est, effectus est causis, id est, euentus. Ut enim causa quid sit effectum indicat, sic effectus, quæ fuerit causa, demonstrat, ut fumus ignem, & ideo Cicero loco efficientie causarum posuit, euentum vero loco effectorum. ut siquidem insolentem probaueris, dicas etiam arrogantem futurum; Ita p. euentu, id est per effectum insolentia, arrogantium probas. Arrogantia vero causam, id est, efficientiam insolentiam.

gg 2

A Com.

20,

**A** Comparatione argumentum ducitur, quando per collationem personarum siue caussarum sententiae ratio confirmatur. Ad per augendæ rei studet comparatio. Fitq; tribus modis, à minori minore, à pari, à maiori hoc modo, vt Virgilius. Tu potes vnam armare in prælia fratres; ergo qui cum fratribus hoc potes, quoniam magis in aliis. Item à maiore. Si adulterum occidere licet, licet etris cædere. A minorū comparatione, vt si furem nocturnum occidere licet, quid latronem? Item à minore: Si exigua pecunia canifis punitur non dubitauit, quid cum illi maius esset propulsum lucrum? Non non abstinuit. A parium comparatione, vt Virgilius. Tu potes am manib; subducere Graium. Nos aliquid contra Rutiles in nefandum est. Item à pari, Si quis neget cædem à se esse factam, quod non ipse percusslerit, dicitur ei, nihilū interesse, vt auctor e fuisset cædis, an ipse percusslerit, quia ex utroque in cunctem causam scelus venerit. K. Si Euangeliæ similitudines pertinent an apocalypstas species, ubi dixisti à similitudine vel à contrario argumenta deducenda? A. Pertinent utiq; K. Quonam modo? A. Quidam enim similitudines à pari dicuntur, quædam à contrario, quæ vero perribus, his verbis iungi possunt, sicut istud, sic & illud. Sic de fenus dimissus à domino suo, suffocatus conseruum, dici potest. Sic de minus huic seruo nequam non dimittenti seruo suu fecit, quod propter vester coelestis faciet vobis. & reliqua, Item de feceratore, qui cum duobus debitoribus donavit quod debebant, ab eo plus dilectis ac cui plus donauit. Et de homine qui habebat duos filios, maiorem in agro sibi propinquantem, minorem in longinquo luxuriantem. & cetera numerabilia huiusmodi. De his enim, quantum similia sunt, ceteri intellectus eius rei, cui adhibentur insinuandæ. Quæ sunt à contrario his verbis iungi possunt, si istud, quanto magis & illud, Vt ille qui propter amicitiam, sed vt tedium careret, iam dormiens excitetur, et respances accommodet amico suo. Si enim ille molestia compulsus dedit quanto magis dicitur, qui suos seruos diligens hortatur, ut pecunias dabit bona petentibus le. Item iniquitatis villicus, qui falsis etiographis prouidebat sibi, & laudatus est à domino suo. Hoc arguento concludendus est. Si laudari potuit ille à domino, qui fraudem ciebat, quanto amplius placant Domino Deo; qui precepit inferita fideliter agunt: sicut etiam de iudice iniquitatis, qui intercepit

à vidua, comparationem duxit ad iudicem Deum, cui nulla ex parte  
iudex iniquus conferendus est.

## De peribermenis.

30.

## K A R O L V S.

**P**Er ihermeniarum subtilitatem à te audire desidero, de quibus \* di- \* Hoc di-  
cetum, Aristotelem in mente tinxisse calamum, dum eas scriptita- <sup>Hū Caroli</sup>  
bat. A. Subtilitas earum nimia est, sed angustia nostræ disputationis M. est etiā  
pauca de eis tangere habet. Et tantummodo, quo illæ sp̄ctant aperi- <sup>in epistolis</sup>  
endum videtur. K. Illius nominis interpretationem primū expone. A. <sup>Alcuini</sup>  
Perihermeniae dicuntur, quasi de interpretatione. K. quomodo de <sup>epist. 58.16.</sup>  
interpretatione? A. omnis quipperes, quæ vna est, & uno significari <sup>i. Antiquæ</sup>  
sermone poterit, aut per nomen, aut per verbum demonstratur. K. <sup>Leff. fol.</sup>  
quomodo demonstratur vel hoc vel illud? A. per nomen substantia <sup>108. ubi</sup>  
omnium rerum significatur, vt homo: per verbum, actio, vel passio <sup>notar. vide</sup>  
cuiuslibet rei ostenditur, vt homo currit, homo vritur. Quæ duæ par-  
tes orationis interpretantur totum, quicquid mens conceperit ad e-  
loquendum. K. quid est conceperit? A. Conceperit est intellexerit,  
omnis enim elocutio mentis interpres; quia quod mens intelligit, e-  
locutio interpretatur per catafasin vel apofasin. K. hæc duo nomina  
quæ induxisti latino ore profer. A. catafasis est adfirmatio: vt homo  
currit. Apofasis est negatio: vt homo non currit. K. quot species sunt  
perihermeniarum? A. in septem species prædictus Philosophus eas di-  
uidit, id est, nomen, & verbum, orationem, enuntiationem, adfir-  
mationem, negationem, contradictionem. K. num me iterum per Grā-  
maticam ducere disponis? A. dispono, sed excelsiore gradu, & si inter-  
rogas, videbis, quantum distat Dialectica subtilitas à Grammatica  
simplicitate.

## Definitio nominis.

31.

K. Nomen quid est? A. vox significativa secundum placitum,  
sine tempore diffinitum aliquid significans, in nominativo casu, cum  
est, & non est, in obliquis casibus nihil, cuius nulla pars est significati-  
ua separata; vt Socrates. Lucidius hanc philosophicam diffinitionem  
explana. A. nomen est vox significativa; nam omne nomen aliquid  
significat visibile vel inuisibile. K. substantiale vel accidens? A. Omnis e-  
nim natura quæ est, substantia dici potest, vt homo; & omni igitur na-  
tura præter Dei solius aliquid accedit, vt homini in corpore color, in

gg 3 . ani-

animo disciplina. K. Nunquid non Deo accedit bonitas, iustitia & ceterae virtutes? A. Non accedit ei bonitas & iustitia, sed ipsa bonitas & iustitia; ita & de aliis virtutibus sentiendum est. K. Quid est secundum placitum? A. id est, secundum compositionem singularum gentium, nam res eadem omnibus gentibus sunt. Natura vero diversa, & secundum placitum imponentium comprehenduntur eadem natura est apud Graecos & Latinos, dum illi hoc Christus nominant, isti aurum. K. quomodo sine tempore? A. quia nomen tempus non attrahit, sicut verba faciunt. K. quid est definitio aliquid significat? A. omne enim nomen in nominativo casu verbo substantiale sum aliquid certum significat, in admittitio negatione, ut homo sum, homo es, homo est. Arbor non sum, non est. In obliquis vero casibus nihil certum significat, nisi addititiis partibus ad plenam significacionem, ut hominis filius dilectus. Vt huic homini da hunc librum. Vt hunc hominem legere brum istum. Vt ab hoc homine librum istum didici. K. quid ideo nullus pars est significativa separata? A. Nam Socrates tristis nomen est, & paratis verbis singulis syllabis, nil enim per se significat nec So nec cra nec tes. K. Num non domus si diuiditur duobus, id est, do & mus, significat tamen aliquid, & talia innominabilia? A. significat enim, sed nihil ad prioris nominis significacionem pertinet secundi nominis significatio. Nam mus animal est per se & do, verbum aliquid actionis significans, sed virorumque significatio nihil ad domum significandam pertinet. K. qualiter in competit nominibus, ut est hircocerus, quod grecè tragelaphus dicitur, non ideo hircocerus videtur dici, quia quandam similitudinem habet cerui quandam hirci? A. forte hiri potest, videtur dicatur. Sed hircoceru nomino, quod animal tunc intelligi me significare, ut hircum vel ceruum? K. nec hircum nec cerum, sed illud animal quod eo solet nomine significari. A. & ideo nihil illud nomen significatum significat, quod ad primam naturam pertinet, quam primit significare incipiebat.

## § 2.

## Definitio verbi.

**K** Verbum quid est? A. vox significativa secundum placitum cum tempore diffinitum aliquid significans & accidentem. Intelligo enim ex prioris definitionis interpretatione, quid est vox significativa, & quid secundum placitum. Et forte quid sit cum tem-

porē video, quia verbum solet secum tempus attrahere, sed pone quid sit diffinitum aliquid significans & accidens. A. nam omne verbum certam significat actionem & passionem, ut video vel videor. Et cui libet substantia illa actio vel passio solet accidere, ut pura homini videre, vel videri. K. si omnia actionē vel passionem significant, unde aliqua dicuntur neutralia? A. non idēo quod unam ex his non habent significationem, sed quia uniformiter semper proferuntur, id est, vla actum solus, ut manduco, curo, vel passionem, ut vapulo, vemo, sed hæc alias.

## Definitio orationis.

K A R O L V S.

O Ratio quid est? A. congrua partium ordinatio perfectam sententiam demonstrans, cuius partium aliquid separatum significatiuum est. K. quomodo separatum significatiuum? A. plena oratio: Virgilius Aeneas cecinit. Virgilius igitur & Aeneas & cecinit, haec tria separata aliquid per se significant, Virgilius, hominem, Aeneas gentem, cecini ....

## Definitio enunciationis.

K A R O L V S.

Q Vid est enunciatio? A. enunciatio est oratio veri vel falsi significativa. K. quomodo veri vel falsi significativa? A. principales sunt species orationis, secundum Dialecticos quinque, sed hac sola, id est, enuntiatio verum aliquid vel falsum significat; ut homo est, vel homo non est, Socrates disputat, Socrates non disputat; horum enim unum verum esse necesse est, id est, aut Socratem disputare, aut Socratem non disputare. Et in hac sola specie Philosophi qui de veritate rerum vel de falsitate disputaverunt, omnes suas posuerunt controvicias. K. Num & illæ aliæ species quatuor ad Dialecticos non pertinent? A. non pertinent ad Dialecticos, sed ad Grammaticos. K. tamen illarum nomina cum exemplis dico.

## Interrogatio.

A L B I N V S.

E St enim quædam species orationis interrogatio, ut Quo te Mæripedes? an qua via dicit in urbem?

Im-

Imperativa.

56. Et quoque quædam species orationis imperativa. Vide ergo te, voca Zephyros, & labere pennis.

57.

Deprecativa.

Et eriam quædam orationis species deprecativa, ut Iuppiter pius, precibus si flecteris vallis.

58.

Vocativa.

Et etiam species quædam orationis vocativa, ut huc: Adde libet. Sed nulla harum specierum aliquid verum vel falsum significare potest. Sed sola enuntiatio aliquid veritatis vel falsitatis ostendit.

59.

Definitio affirmationis.

K. Affirmatio quid est? A. Affirmatio est enuntiatio alicuius de aliquo, ut: Socrates est. vel alicuius de aliquo, ut: Cato volubile est.

40.


Item definitio contradictionis & negationis.

KAROLVS.

Negatio quid est? A. Negatio est alicuius ab aliquo, ut: Socrates non est, vel alicuius de aliquo re, ut certum volubile non est. Contradictio quid est? A. Contradiccio est affirmatio & negationis oppositio, ut: Socrates disputat, Socrates non disputat.



987  
In fine representat Cod. S. Galli hanc  
figuram.



bb

DN.